



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Capvt I. De reali præsentia Domini nostri Iesu Christi in sanctiſſimo
Eucharistiæ Sacramento.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

REMISSIONES.

Vide Alan. de Euchar. Valent. eod. tract. Card. Bellarm. lib. 2. de Eucharist. P. Henriq. in sum. li. 8. de S. Eucharist. P. Gabr. Vafquez in 3. p. D. Thom. tom. 3. q. 73. disp. 177. cum seqq. nouissimè P. Egid. de Conink. de Sacram. & censuris. quest. 73. per totam. Petr. Ledet. in sum. p. 1. tract. Del excellentissimo Sacramento del Altar, que se llama Eucharistia. In doctrina Fidei, usu, & cultu sacrosanctæ Eucharistia super seminariis. Vide P. Henriq. in sum. lib. 8. in proem. §. 6. Sor. de iust. in 4. dist. 1. qu. 6. art. 3.

CAPVT I.

De reali presentia Domini nostri Iesu Christi in sanctissimo Eucharistia Sacramento.

PRincipio docet sancta Synodus, & apertè ac simpliciter profiterur, in almo S. Eucharistia Sacramento, *b* post panis & vini consecrationem, Dominum nostrum IESUM Christum, *a* verum Deum atque hominem, verè, *a Ioan. 1.* realiter, ac substantialiter sub specie illarum rerum sensibilibus contineri, nec enim hæc inter se pugnant, *b* vt ipse Saluator noster semper ad dexteram Patris in cælis assideat, *bc. 1. de sum. Trin. supr. Sess. 3. in Symbolo. Ephes. 1. Matth. 19. in fin.* iuxta modum existendi naturalem; & vt multis nihilominus alijs in locis sacramentaliter præsens sua substantia nobis adsit, ea existendi ratione, quam etsi verbis exprimere vix possumus, *c* possibilem tamen esse Deo, cogitatione per fidem illustrata, assequi possumus, & constantissimè credere debemus: ita enim maiores nostri oēs, quotquot in vera Christi Ecclesia fuerunt, qui de sanctissimo hoc Sacramento disseruerunt, apertissimè professi sunt, hoc tam admirabile Sacramentum in vltima cæna Redemptorem nostrum instituisse; cum post panis viniq; benedictionem, se suum ipsius Corpus illis præbere ac suum sanguinem, disertis ac perspicuis verbis testatus est. *d* quæ verba à sanctis Euangelistis commemorata, *e* & à S. Paulo postea repetita, cum propriam illam & apertissimam significationem præ se ferant, secundum quam à Patribus intellecta sunt; *d. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. c. 1. Cor. 11.*

H 3 indi

indignissimum sanè flagitium est, ea à quibusdam contentiosis & prauis hominibus ad fictitios & imaginarios tropos, quibus veritas Carnis & Sanguinis Christi negatur, contra vniuersum Ecclesiæ sensum detorqueri: quæ tamquam a columna & firmamentum veritatis, hæc ab impijs hominibus excogitata commenta, velut Satânica, detectata est, grato semper & memori animo præstantissimum hoc Christi beneficium agnoscens.

REMISSIONES.

Vide P. Henric. in sum. p. 2. lib. 8. c. 20. à princ. optimè Bald. Jernium super opera controu. Bellarm. p. 2. lib. 3. c. 1. à princip. c. 2. vers. At sententia communis scholarum, P. Valer. Regia in praxi fori pœn. li. 29. nu. 9. P. Ægid. de Sacram. & censuris, tom. qu. 78. n. 14.

β *Post panis, & vini benedictionem.*] Verùm benedictio illa Christi super panem fuerit distincta à consecratione? Affirmant P. Soarez Sacram. disp. 58. lect. 2. P. Ægid. d. disp. 78. n. 14.

γ *Quæ verba à sanctissimis Euangelistis commemorata.*] Horum verborum meminerunt omnes Euangelistæ, ac etiam S. Paulus, videlicet Matth. c. 26. vers. 26. Marc. c. 14. vers. 22. Luc. c. 22. vers. 19. Ioan. 6. vers. 25. & 1. ad Corinth. 11. vers. 24.

CAPVT II.

Deratione institutionis sanctissimi huius Sacramenti.

ERgo Saluator noster, discessurus ex hoc mundo ad Patrem, **β** *per Sacramentum hoc instituit*, in quo diuitiis diuini sui erga homines amoris velut effudit, **b** *memoriam faciens mirabilium suorum*; **c** & in illius sumptione **d** *re nos sui memoriam præcepit*, suamque annuntiare mortem donec ipse ad iudicandum mundum veniat. Sumi autem voluit Sacramentum hoc, tamquam spiritualement animarum cibum, quo alantur & confortentur viuentes vitæ eius, qui dixit, **d** *Qui manducat me, & ipse viuet propter me*; & tamquam antidotum, **e** *quo liberemur à culpa quotidianis, & à peccatis moralibus præseruemur.* **ζ** *Signum prætereà id esse voluit futura nostra gloria, & perpetuæ felicitatis ad eam*

b Psal. 110.
b 1. Cor. 11.
Luc. 22.
c 1. Cor. 11.
d iteratur. de
conf. dist. 2.

d Ioan. 6.